C.de teſtamẽt. Gomez de Leó
deciſ.5. vel quando per teſta-
torem recuperatur à notario
teſtamentum, *l*.1.§.*ſi hæres*, *ff*.
ſi tab. teſt. null. extit. Caſtillo
Sotomayor *lib*.4. *controverſ*.
15 *cap*.37.*num*.24. D. Ioan. Frá-
ciſco del Caſtillo *deciſ. Siciliæ*
59.*num*.6. *lib*.1. D. Franciſc.
Hieron. Leo *deciſ. Valentiæ*
32.*num*. 16.*lib*.1. in damnum
piæ cauſæ, ſed favore illius
non obſtante inciſione lino-
rum, vel recuperatione à no-
tario ſuſtinetur. D. Garcias
Maſtrillo *deciſ. Siciliæ*.132.*nu*.
19. & 50.*lib*.2. Marta *de ſuc-
ceſſ. legal. part*.4.*quæſt*.4.*art*.1.
16 *num*.10. Burgos de Paz *in l*.3.
Tauri, 2.*part. concl*.3.*nu*.1120.
Tellus Ferdinandez *ibidem*,
part.5.*num*.15. Azevedus *in l*.
2.*tit*.4.*lib*.5. *Recop. num*.18.
Gutierrez *lib*. 3. *pract. quæſt*.
47.*num*.11. ex quibus funda-
mentis iuridica videtur hæc
opinio.

17 Quam tenuit Bartolus
in dicta *lege in teſtamento* per
illum textum, & ſe conſu-
luiſſe favore pię cauſę in-
quit. Bartolum ſecuti ſunt
Baldus, Petrus Ancharranus,
Immola, Ioannes Anania,
Panormitanus, Paulus de
Caſtro, Aretinus, Alexãder,
Socinus Senior, Barbatia, &
Calcaneus commemorati à
Tiraquello *vbi ſupra privileg*.
7. vbi ipſe id tenet, Decius
conſ.159.*num*.3. Iaſon *conſ*.155.
colum. penult. lib.4. Ru inus *cõſ*.
15.*num*.19.*lib*.2. Menochius
conſ.224.*nu*.24.*volum*.3. Mar-
cus Antonius Natta *in l. hac
conſultiſſima*, §.*ex imperfecto*, *n*.
42.*C. de teſtamentis*. Angelus
in §.*ex eo inſtit. quib. mod. te-
ſtam. infirm*. Covarrubias *in
cap. relatum num*. 10. *de teſta-
mentis*. Gregorius Lopez *in l*.
23.*tit*.1.*part*.6. Maſcardus *de
probationib. concl*.1358.*num*.71.
& 72. Gaſpar Antonius The-
ſaurus *lib*.4. *forenſ. quæſt*.35.
num.7. Paſchalis *de viribus pa-
triæ poteſtatis*, *part*.2. *cap*.8.*nu*.
60. Morquecho *de diviſione
bonorum*. *lib*.4.*cap*.8.*nu*.1. Sci-
pion Rendina *promptuarij re-
cept. ſent. tom*.1.*tit. de teſtament*.
num.3. Nigreiros *de confectio-
ne teſtamenti*, *lib*.3 *cap*.14.*num*.
11. Molina *de iuſtit. & iur. diſ-
put*.134.*num. penultim*. Diana
tom. 7. *tract*. 6. *reſol*.19. Di-
caſtillus *de iuſt. lib*.2. *tract*.19.
diſputat.1.*dub*.10.*num*.124. Fa-
gundez *de iuſt. lib*.6. *cap*.3.*nu*.
18 26. Cuius opinionis plures
adducunt caſus Doctores, vt
quando reperitur aliqua
ſcriptura favore piæ cauſæ
ſcripta manu propria alicu-
ius

ius penès ipſum quamvis
imperfecta, de qua relatè Me
nochius *d. conſ*.224. Maſtrillo
deciſ.132.*lib*.2.

19 Cęterum contraria opi-
nio, & quòd non valeat diſ-
poſitio imperfecta ratione
voluntatis, nec quo ad diſpo-
ſita favore piæ cauſæ, proba-
tur ex deciſione dictæ legis
ſi quis cum teſtamentum, *l. ex ea
ſcriptura*, *ff. de teſtamentis*, *l. fu-
rioſum*, *C. eod*. Quibus proba-
tur diſpoſitionem imperfe-
ctam ratione voluntatis, in-
validam eſſe in totum quo
ad omnia diſpoſita, vt ſupra
cap.5. continetur: quia eſt
quid individuum teſtamen-
tum, & nō poteſt valere pro
parte, & ex imperfectione nō
apparet de abſoluta, & expe-
dita voluntate, cuius defe-
ctus cum naturalis ſit in eo
leges non diſpenſant, atque
ita nec favore piæ cauſæ de-
bet ſuſtineri, defectus enim
voluntatis etiam ad pias cau
ſas vitiat teſtamentum, *cap.
fin. de ſucceſſ. ab inteſtato* ad
hoc relatum à Gamma *deciſ*.
46.*num*.3.

20 Facit etiam fortiter tex-
tus *in l. ſi iure* 15.*C. de teſtamẽt.
manumiſſ*. vbi ex teſtamento
non iure facto non ſuſtinetur
libertas, quantumvis cauſa
pia ſit: ergo multo minus ex
teſtamento imperfecto ra-
tione voluntatis ſuſtinebi-
tur.

21 Tertiò pro hac opinio-
ne traditur, teſtamentum
imperfectum ratione volun-
tatis, nec favore liberorum
ſuſtineri, vt eſt Gloſſ. *in dict.
l. ſi quis cum teſtamentum*, & in-
tra continetur capite ſequen-
ti; ergo, & favore piæ cauſæ
non ſuſtinebitur quantum-
vis pia cauſa privilegiata
ſit.

22 Cui minimè ſatisfacit
Covarrubias *in d. cap. relatum
num*.10. dum inquit, quòd
ius magis favet pię cauſæ
quã liberis extra legitimam
portionem iure naturæ eis
debitam, ex Bartulo *in l*.1.*nu*.
74.*C. de Sacroſ. Eccleſ*. quia
certum eſt favoré pię cauſæ,
& favorem liberorum æqui-
parari, vt ex Surdo, Maſtril-
lo, & alijs tenet Fontanella
deciſ.51.*num*.7. Farinac. *deciſ*.
721.*num*.4.*vol*.2. Imò quòd
maior ſit favor liberorum,
quam cauſę piæ probatur
in cap. quicumque 27.*quæſt*.4.
vbi refertur dictum Divi Au-
guſtini, quòd qui Eccleſiam
vult inſtituere, filium autem
exhęredare, alium quærat
pro concilio, quam Auguſti-
num;

num; cuius meminere Gloſſ. *in leg.8.§.ſi imperator.ff.de inofficioſo teſtamento.* Ioannes Lecirier *de primogenitur. lib.* 1. *quæſt.*8.*num.*8. Conanus *lib.*9. *commentariorum cap.*8.*num.*11. Valentia *Illuſtrium tract.*3. *part.*1.*cap.*2.*num.*17. Fuſarius *de ſubſtitutionibus, quæſt.* 429. *num.* 51. Merlinus *de legitima*
25 *lib.*5.*tit.*1. *quæſt.*2. Et quod magis eſt, quod Divi Auguſtini ſententiam non tantum procedit reſpectu legitimæ liberorum, ſed etiam totius hæreditatis, qua non licebit ad mentem ſancti Auguſtini filios privare, vt Eccleſiá quis inſtituat, vt probatur infra, & tenent multi Doctores commemorandi: ergo validum eſt argumentum de teſtamento inter liberos ad teſtamentum ad pias cauſas.

26 Et ſic in terminis contra Bartolum, & piam cauſam tenent Baldus ſibi cõtrarius *in l.*1.*col. pen.q.* 6.*C.de ſacroſ. Eccleſ.* Abbas *conſ.*105. *lib.*2. Oldradus *conſ.*119. Fulgoſius *conſ.*117. Alexander *conſ.*105. *ex num.*3.*vol.*7. Paulus de Caſtro ſibi contrarius *conſ.*101. & 449. Pariſius *conſ.*24.*col.*2. *lib.*3. Lofredus *conſ.*14.*num.* 65. Ruinus *conſ.*137. *num.*10. *vol.*5. Decianus *conſ.* 86. *num.* 34.& 35.*vol.*2. Cephalus *conſ.* 99.*lib.*1. Vrſilius ad Afflictũ *deciſ.*143.*num* 7. Valaſcus *conſult.* 74. *num.*14. Grammaticus *deciſ.*62.*ex num.*14. Boerius *deciſ.*93.*num.*10. Gamma *deciſ.*46.*num.*3. Surdus *deciſ.* 292.*ex num.*5.*vſque ad* 17. & *conſ.*158.*num.*20. Buratus *deciſ.*475.*num.*9. Fontanella *deciſ.*51.*ex num.*6. Thomas Sãchez *conſ.Moral. lib.*4. *cap.*1. *dub.*7. *num.*5. Menochius *de præſumptionib. lib.*3.*præſumpt.* 131.*num.*10. Romanus *in Authent.ſimiliter in* 18.*ſpeciali,C. ad leg.falcid.* Gothofredus *in l.hac conſultiſsima,§.ex imperfecto, C. de teſtament. litt.M.* Oſſualdus ad Donellum *lib.* 6.*cap.*9.*litt. F.* Mynſingerus *lib.*5.*obſervat.*28. Iulius Clarus, *§.teſtamẽtum quæſt.*7. Michael Graſſus *eodem §.quæſt.* 19.*num.*2. Guillielmus Benedictus *in cap.Rainũtius de teſtamentis verbo teſtamentum num.* 27. Antonius Gabriel *lib.*4. *tit.de Teſtamentis,concluſ.*9.*nu.* 3. Menehaca *de ſucceſſ. creat. lib.*3.§.22.*num.*7. Gratianus *cap.*764.*num.*25. Caſtillo *lib.* 4. *controverſ. cap.* 21. *num.* 26. Marta *de ſucceſ. legal. part.*4. *quæſt* 8. *art.*3. *ex num.*11. *cum ſeqq.* Magdalenus *de numer. teſt.*

*teſt.teſtam.requiſ.*1. *par.cap.*16. *n.*263. & *latius.*2.*part.cap.*50. *n.*3. Canedo *collect.* 91. *num.*3. Burg.de Paz *in l.*3.*Tauri ex n.* 238. & ibi Tell.Ferdin. 2. *par. n.*18. Riccius *in addit.ad Tiraq. de privil.piæ cauſ. pri.* 86.*pag.* 111. Toro *in ſumma privilegiorum piarum cauſarũ privil.*167. *ad finem principij, & verſ. tertio quoties, & verſ. quarto. ſi teſtamentum.* Nog.*allegat.*26.*n.*79. Andreolo *noviſsime* 5.*p.controverſ.*346.*num.*16.

27 Tertia videtur opinio Bonacinę, *de contractibus diſp.* 3.*quæſt.*1.*puncto* 3.*n.*21. vbi recognoſcens vim huius ſecũdę opinionis, & deſiderãs favore piæ cauſæ reſpondere, inquit, quod in huiuſmodi eventu recurrendum exiſtimat ad prudentem virũ, qui ex æquo, & bono ferre debebit iudicium ſpectatis circũſtantijs cõcurrentibus in ſingularibus caſibus; facit enim rem hanc arbitrariá, fortaſsis vt iudices parùm periti favore piæ cauſę iudicet, cum realiter dubium hoc difficilimum ſit, & magis ex diſpoſitione iuris, quam ex arbitrio iudicantis dependeat.

28 De his ergo opinionibus, licèt in ambiguis favendum ſit piæ cauſæ, atque ita in dubio pro ea pronunciandum, *l.in ambiguis,l.libertas ff. de regul. iur.* & probat *l.ſunt perſonæ, ff. de relig. ſumpt. fun.* Tiraquellus cum multis, *privil.* 127. tamen ſecundam opinionem cõtra piam cau-ſam veriorem iudico, & ſequendam dico ex eo.

29 Primo, quia non eſt favẽdum piæ cauſæ contra regulas iuris expreſſas, *cap. ex tenore de foro competenti,* ibi: *Nos attendentes, quod ita ſumus vidnis in iuſtitia debitores, quod alijs iniuſtitiam facere non debeamus,* at regula iuris expreſſa eſt; quod voluntatis imperfectio vitiat diſpoſitionem, vt eſt deciſio textualis *in d.l.ſi quis cum teſtamẽtum,* & dictum eſt ſupra *cap.* 5. Et ab hac regula lege expreſſa non excipitur caſus diſpoſitionis cauſæ piæ altera lege, vel textuali diſpoſitione, vt eſt certiſsimũ: ergo nec nos excipere debemus.

30 Secundo, quia in ſpecie vltimarum voluntatum, ſi non reperitur expreſſe privilegiata pia cauſa; de iure contra illam interpretatio facienda eſt, ne ex capite cõcedamus privilegium vbi non eſt, Paulus de Caſtro, *conſ.*236.*vol.*1. Decius *cõſ.*273.

Decianus conſ.10.n.74.vol.4.
Bertazol.cōſ.civil.58.n.25.Er-
go cum in hoc caſu non re-
periatur expreſsè privilegia-
ta pia cauſa,contra illam reſ-
pondendum eſt.
31 Tertio, quia defectus vo-
luntatis ſemper vitiat, vt ſu-
pra cap.1.ex nu.9. dictum eſt.
Sed imperfectio voluntatis
eſt defectus illius, non enim
dicimus aliquid velle vſque
dū id, quod velimus, expli-
cemus,perficiamus,& in to-
tú abſolvamus, præcipuè in
teſtamentis, vbi vltima vo-
luntas attēditur, & ſi ſit im-
perfecta,quia alia voluit di-
cere,& nō potuit teſtator,nō
eſt vltima intētione agentis,
potuit enim addere vel mu-
tare iam diſpoſita, vnde volú
tas imperfecta voluntas non
eſt, l.non putavit, §.non quævis,
ff.de bonor.poſſeſſ.cont.tab.Ca-
ſtillo lib. 5.cap.108. Velaſco
axiom.iur.lit.V.nu.184. Ergo
invalida eſt diſpoſitio imper
fecta ratione voluntatis,etiá
quo ad diſpoſita favoræ piæ
cauſæ.
32 Quarto, quia diſcrimen
inter liberos, & cauſam piā
nullū datur favore piæ cauſę;
contra tamē probabilius vi-
detur,maiorē præſumptionē
eſſe pietatis paternæ erga fi-
lios,quam erga piā cauſam:
quod probat dictum D. Au-
33 guſtini relatum ſupra. Cui
licet reſpondeat Gloſſ. in l.ſi
quis ad declinanda, C. de Epiſc.
& clerit Auguſtinum loqui
reſpectu legitimæ tantum,
non autem quo ad reliqua;
tamen prædicta interpreta-
tio vera non eſt, vt ait Bar-
batia in l.cum acutiſsimi n.74.
verſ.quid autē.C.de fideicōmiſsis,
cum verius ſit loqui Augu-
ſtinum de tota ipſa ſucceſsio-
ne, & eo loci exhæredatio
ſumitur pro exhęredatione
totius ſucceſsionis iuxta de-
clarationē Bartoli, & aliorū
34 in Authēt.ex cauſa, C.de liber.
præterit.nō enim loquitur Au
guſtinus de exhæredatione
facta ob cauſam ingratitu-
dinis,cū illa à Iuſtiniano cē-
tum poſt annos ab Auguſti-
no introducta fuerit; voluit
ergo dicere Auguſtin. quod
pater non debet privare filiū
ſua ſucceſsione, vt Eccleſiā
inſtituat, hoc eſt non debet
ſuam malitiam, & malum
animum hoc colore tegere,
quod Eccleſiam inſtituit.
35 Rurſus quod favor
liberorum favori cauſæ piæ
præferatur, demonſtratur
ex eo, quia quoties pa-
ter relinquit filijs eſt pie-
tas

tas, l.nam etſi parentibus, ff. de
inofficioſo teſtamento, & pietas
eſt, quod teſtator relinquat
pię cauſæ, l.ſi quis Titio, ff. de
36 legat. 2. vnde vtraque cauſa
privilegiata eſt; ſed quando
concurrūt duo privilegiati,
is præfertur, qui tractat de
damno vitando Marſilius
37 ſingul.99. Mātica de tacitis, &
ambiguis conventionalibus lib.
4.tit.6.n.37. cum alijs Mer-
lino de legitima lib.5.tit.2.q.3.
n.8.Filius autem tractat de
damno vitando. ex quo ſibi
debetur, l.qui liberos, ff. de ritu
38 nuptiarum, Merlino n.7. Ergo
favor liberorum favori piæ
cauſæ præferēdus eſt. Maxi-
mè quia pro cauſa filij du-
plex concurrit ratio, votum
parentum, & ratio naturalis,
pro cauſa pia tantùm votum
teſtatoris.
39 Facit etiam quod licèt
Eccleſia habeatur loco filio-
rum, cap.in præſentia de proba-
tionibus, vbi Eccleſia concu-
rrit cum liberis loco libero-
rum non habetur. Barbatia
40 in l.cum acutiſsimi num.71.C.de
fideicommiſsis, & pręteritio pa-
tris ignorantis ſe habere fi-
lium, extinguit etiam relicta
ad pias cauſas. Vivius deciſ.
422.Cancerius lib.1.var. cap.
4.num.49.
41 Ex quibus ſic cum Socino
Iuniori conſ.penult.n.76.lib.2.
tenet Menoch. de præſump.
tion.lib.3.præſ.189.n.121.cum
ſeqq. vbi latè probat, ſenten-
tiam D.Auguſtini non tan-
tum reſpectu legitimæ, ſed
reſpectu totius hæreditatis
procedere, ſequuntur Intri-
gliolus de ſubſtitutionibus cent.
5.q.73.n.289. Ioannes Bapti-
ſta Coſta de facti ſciētia, & ig-
norantia cent.2.diſt.2.n.23. 24.
& 25.Surdus conſ.380.n.19.&
de alimentis, tit.2. q. 15.n. 163.
Fontan. de pactis nuptialibus,
clauſul.5.gloſ.8.p.12.n.17.latè
Marta de ſucceſ.legal.tom. 2. p.
4.q.8.art.5.maximè n.6.vbi fa-
vorem liberorū, favori cau-
ſę piæ pręferendum eſſe plu-
rimis adductis probar, & re-
ſolvit; & legitimæ in con-
curſu cum pia cauſa eſſe de-
ferendum, dicunt Mangilius
de imputat.& detract.quæſt.49.
42 num.63.Mantica de coniectur.
vltim.voluntat.lib.6.tit.3. num.
11. Merlino de legitima lib.
5.tit.1.quæſt.2. numer.1. vbi
plures citat, & in Rota ſic
deciſſum affirmat Nigreiros
de confectione teſtamenti lib.3.
cap.4.num.26.
43 Ex quibus omnibus cōtra
Bartolum in quęſtione prin-
cipali contraria vt veriſsima